



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

II. Der Edlen von Plote Privilegium für die Gewandschneidergilde zu Kyritz, v. J. 1245.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Material für die Geschichte von Kyritz noch in irgend einer Form übrig ist, so vollständig als möglich hier zu sammeln, um dadurch zu einer sorgfältigern und ausführlicheren Behandlung der Geschichte dieses Ortes, wie vorstehende Zusammenstellung enthält, einem der Lokalverhältnisse kundigern Freunde historischer Forschung die schwerer zugänglichen Materialien an die Hand zu geben.

U r k u n d e n.

I. Die Edlen von Plote schenken dem Kloster Arendsee 42 Hufen Landes bei Neßeband im J. 1232.

Notum sit — quod nos Johannes & Geuehardus de Plote ecclesie in Arnesse ad sustentationem monialium XLII mansos cum omni jure contulimus, tam in pascuis quam in agris & paludibus et aquis & silvis —. Isti mansi jacent inter nyzzebant & dominum abbatem de Dunamunde super Timentitze fluuium. Datum in Wusterhuse, Anno incarnationis Domini M^o CC^o XXXII^o VI^o Nonas Maj.

Nach einer Copie.

Anmerkung. Von den Besitzungen des Pommerschen Klosters Dinamünde in dieser Gegend findet man weitere Nachricht in einer Urkunde vom Jahre 1238 in von Dreger's Cod. dipl. Pomeran. p. 190.

II. Der Edlen von Plote Privilegium für die Gewandschneidergilde zu Kyritz, v. J. 1245.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes, dei gratia dominus de plothe, et fratres ejus Geuehardus et Conradus, nec non et Johannes, eorundem patruelis, omnibus hanc litteram inspecturis Salutem et omne bonum. Acta presentis temporis solent sepius in futurum deperire, nisi firman- tur debito subsidio litterarum. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos ci- vitatem nostram Kyritz, secundum honestiora prospirere volentes, jura fratrum Gilde et illorum, qui in- cifores panni nuncupantur, hactenus (observata) in civitate nostra Kyritz, in melius immutamus, ita vi- delicet, quod Burgenfes nostri super hoc jura observent, que fratres Gilde et incifores panni in stendal observare hactenus consueverunt. Sunt autem hec jura ipsorum. Nemo presumat incidere pannum, nisi consortium nostre fraternitatis habeat: qui autem hoc infregerit, Gilde per tria Talenta emendabit. Ter in anno debet esse colloquium fratrum, et quicumque ad hoc non venerit secundum justitiam emendabit. Quicumque nostram fraternitatem intrare voluerit, cujus pater noster confrater fuerit et pannos incidit, cum amicis suis ad colloquium fratrum veniet, et si honeste se gesserit, ad primam petitionem cum quin- que solidis consortium fratrum poterit adipisci, et magistro sex denarios dabit: et si bene non se gesse- rit, deferri debet ad secundum colloquium et ad tertium. Quicumque autem de civibus nostris intrare voluerit, si probus homo sit et honestus, talentum ad introitum fratribus presentabit et magistro solidum unum dabit. Si vero hospes aliquis homo probus fraternitatem nostram habere decreverit, ad introitum Gilde XXX solidos dabit et magistro decem et octo denarios dabit. Tempore autem nundinarum, id est annalis fori, quilibet hospes, dummodo de opere nostro sit, incidere pannum poterit toto foro illo

perdurante. Quicumque autem Burgenſium noſtrorum de officio intrare voluerit, officium ſuum abjurabit et ad introitum Gulde marcæ auri ſub gratiam fratribus præſentabit et magiſtro decem octo denarios. Quicumque fratrum pannum in domo ſua reparare conſuevit et illos more aliorum vendere et incidere ſolet, aut ceſſat aut confraternitatis ſue expers erit. Quidquid vero duo partes decreverunt facere, tertia pars debet conſentire, quod ſi noluerint, per III ſolidos quilibet emendabit et ad proximum colloquium eos perſolvat. Quolibet anno unus Magiſter et quatuor alii viri boni, qui rebus Gilde præſunt, fideliter eligentur. Quicumque autem iſtis inſtitutionibus contrarius fuerit, et magiſtro et fratribus ſecundum inſtituta obedire noluerit, debet ipſius contumacia ſuperiori iudicio refrenari. Hujus rei teſtes ſunt Johannes de Havelberg, Conradus Daniel, Milites, Hermannus advocatus, Herbortus monetarius, Tydericus de ſpadiz, Tydericus de Bockholt, Eckhardus, Fridericus, Henricus, Johannes, Boſo Tinimo, Bertramus Slichting, Rudolph de Sandowe, Johannes Rufus, Conradus de Gardelege et alii honeſti viri quam plures. Ut autem hec noſtra inſtitutio in ſuo vigore perhenniter valeat permanere, et ne quicumquam ſub poteſtate noſtra conſtitutus ipſam infringere præſumat, præſentem paginam inde conſcribi et figilli noſtri appenſione juſſimus inſigniri. Actum anno Gracie M. CC. XLV.

Nach einer Abſchrift des Bürg.-Meiſt. Buchholſh.

Anmerkung. Die vorſtehende Urkunde iſt zwar ſchon anderswo edirt, aber nur in einem die Geſchichte des Auslandes behandelnden Werke, nämlich in Bekmanns Anhaltiſcher Hiſtorie.

III. Die Edlen von Plote geben der Stadt Kyritz die Jägelitz bis zur Elbe frei, im J. 1259.

Anno M. CC. LIX.º pridie nonas Julii, Geuerhardus, Conradus, nec non patruelis Johannes, dicti de plote, dederunt dilectis ſuis Burgenſibus civitatis Kyritz aquam, que Gugelitz vocatur, cum ceteris rivulis influentibus uſque in Obulam libere, ita tamen, ut uno tantum ſolido de quolibet choro reducendo Marchioni Havelbergæ (Ottoni III cognomine Pio) exſoluto libere transire poterint; et voluerunt fratres impedire, ne ipſis aqua novis constructionibus obſtruatur, et concedunt etiam Molendinorum extructionem ita tamen, ne curſus aque impediatur. Teſtes ſunt Henricus Advocatus, Bernhardus Advocatus, Tidike de Mockne advocatus, Arnold de Borigke, Conrad de Velgow et alii quam plures.

Nach zwei verglichenen Copien.

IV. Markgraf Johann verkauft der Stadt Kyritz einige Seen im J. 1316.

In nomine Domini Amen. Actiones, quas mundus ordinat, ſepe delet ſucceſſus temporum, niſi muniantur firmo caractere literarum. Ea propter Nos Johannes, Dei gratia Brandenburgensis et Luſatie Marchio, univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litere pervenerint, publice volumus eſſe notum, quod dilectis et fidelibus noſtris civibus civitatis Kyritz, tam præſentibus quam poſteris univerſis, dimiſimus et per præſentes literas dando liberaliter dimittimus noſtra ſubſcripta ſtagna, ſcilicet Stagnum Stolp integrum et ſtagnum Bantekow integrum, nec non medietatem stagni Königberg, cum omnibus juribus, utilitatibus, honore, commodo, proprietate et proventibus, prout nobis, dum noſtra fuerunt, competebant, ex nunc et in perpetuum libere et paciſſice poſſidenda. Proinde predicti cives nobis ducentas marcas Argenti Brandenburgensis et ponderis viginti marcis minus in parata pecunia erogarunt de qui-